



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vera Sapientia Virtute Et Tranquillitate Animi Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum

Eucherius <Lugdunensis>

Martinus <Bracarensis>

Magnus <Wigo>

Monachii, 1639

Cap. XV. Sapientem Malos, quia boni fieri possunt, aequo animo ferre.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10188

*SAPIENTEM MALOS,
quia boni fieri possunt, a quo
animo ferre.*

I. **V**ide, quomodo in spe
diligere possis frumen-
tum, in herbâ triticum
gibbosum: sic eos dilige, qui
nondum boni sunt. Talis e-
sto erga omnes, qualis erga
te veritas exstitit. Qualem te
sustinuit, & amavit, vt me-
liorem faceret; tales sustine,
& ama, vt meliores facias.
Blasphemias medicum, de-
sperando ægrotum. Tam fa-
cilis enim est eius sanitas,
quanta illius in medendo po-
te-

testas, & benignitas. Vide, ne
propter opus hominis, con-
temnas opus Dei. Opus enim
hominis homicidium est, ad-
ulterium est, & cetera simi-
lia: opus verò Dei, ipse ho-
mo. Qui diligit aliquid, sicut
domum, aut aliquid huius-
modi, materiam quoque, vn-
de illud fieri possit, amat; li-
gna scilicet, aut lapides. O-
mnis ergo, qui bonos diligit,
malos, eò quòd nunquam
aliunde boni fiant, diligat,
necesse est. Cur enim non a-
mes id, vnde potest angelus
fieri, si illud amas, vnde scy-
phus fieri possit? scriptum
namque est de hominibus,
erunt

erunt aequales Angelis Dei.

2. Quàm pulchra ars, vincere in bono malum ! Contraria enim à contrarijs superantur. Positus es, quasi signum, ad retundenda iacula inimici; id est, ad destruendum malū, oppositione boni : reddere autem malum pro malo nō debes vnquam, nisi fortè in medicinā. Quod iam non est malum pro malo, sed bonum pro malo reddere. Qui mundum amant, artem qua id, quod amant, assequantur, vel fruuntur, laboriosè addiscunt: Tu Deum vis assequi, & artem, quā acquiritur, id est, retribuere bonum

Dei. in. on. pe. si. ula. en. ba. m. m. od. na. ed. nt. af. bo. vis. ui. o. m.
num pro malo, contemnis.
Aut hinc recede, aut, propter
quod hîc positus es, age; id
est, medere, patere. Hic stul-
tus est, id est, inimicus; ille
callidus, Diabolus scilicet,
qui per hunc te impugnat.
Circa hunc blandus, vt eum
liberes, esto: contra illum
cautus.

3. Turbaris, quia ego tur-
batus sum; turbatus turba-
tum reprehendis. O pudor?
Loripedem rectus derideat,
æthiopem albus. Ego quidem
corrigar, nec amplius hoc
malum faciam. Tu autem
quid facies de hoc vitio tuo;
quo non solum mihi mederi
non

non vales, sed nec ferre salutem potes? Quare vis fratrem dimittere? Quia iracundia, & omnibus vitijs plenus est. Sic ergo faciat tibi Deus. Ex ore tuo probasti, quòd non debeas eum dimittere. Non est sanis opus medicus, sed malè habentibus. Si matrem interrogas, quare filium suum derelinquat, & responderit, quia debilis est, & ægrotus: Interroga, si id ipsum velit ipsa fieri sibi à filio: & cum dixerit, non: adde, malâ ergo causâ odisti. Sic est de medico. Non sit exactor vindictæ, qui petitor est veniæ. Site ipsum tam immundum toleras,

ras, cur non etiam quemlibet alium? Hierosolymam eant alij: Tu vsque ad patientiam, aut humilitatem. Hoc est enim te ire extra mundū; illud, intrā. Qualem erga te, Deum, & homines voluntatem habere vis, quantumcunque, aut quomocunque offendas: talem te alijs exhibe, quantumcunque, aut quomocunque delinquant.

P **C A P.**